

Johann Jacob Döbel

**Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Jacobus Döbelius, Med. D.P.P.
Poliater, & Facultatis suae p.t. Decanus, Ad exequias Viri ... Dn. Michelis
Siebrandi, Sedecimviri, quondam apud Nos, nec non, Aedis Marianae, Praefecti
... a moestissima vidua hodie parandas, Omnes Cives Academicos ... invitat :
[P.P. sub Sigillo Rectoris die XXVII. Ian. An. M.DC.LXIX.]**

Rostochi[i]: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760141>

Druck Freier  Zugang



Döbel, J. J.,
in
M. Sibrand.

Rostock, 1669.

24



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774760141/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760141/phys_0002)

DFG



74.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
**JOANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,**

Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis
sux p. t. DECANUS,



Ad exequias

VIRI

Eximii atque Honoratissimi,

D N.

**MICHAELIS
SIEBRANDI,**

SEDECIMVIRI, quondam apud Nos,
nec non, Aedis Marianæ, PRÆFECTI integerrimi,
à mœstissimâ Viduâ hodie

parandas,

Omnes Cives Academicos peramanter invitati.

R O S T O C H I , Typis Johannis Kilii, Acad. Typogr.

1711

Nullâ non ætate, & nū-
spiam non gentium poli-
tiorum, Senectus in hono-
re fuit. Spartani, & Romani
etiam, in Theatro, venien-
ti Seni, assurgebat omnes,
eundemq; sessum recipie-
bant. Horum quoq; Adole-
scentes, in Curiā deducebant Seniores, extra Curiā
autē eos præstolabantur, ut domum reducerent.
Unde jure meritoq; de iis Juvenalis:
Credebant, inquit, hoc grande nefas, & morte
piandum,

Si juvenis vetulo non assurrexerat:
Et Ovid. de sui temporis moribus queritur:
Magna fuit quondam capit is reverentia Cani,
Inq; suo pretio ruga senilis erat.
Author est Valerius Maximus, invitatos ad cœ-
nam, diligenter inquirere solitos tuisse, quinam,
ad cœnam venturi essent, ne Juniores, qui, sub-
lata mensâ, priores surgere, & abire patiebantur,
discubitu præcurrerent Seniorum adventum.
Hispanis hæc vox: Senior, non nihil detorta, in Senior: & Italis in Signore significat Dominum.
Imò circa Gaderam, in Hispaniâ, extitit olim
Templum Senectutis, quod maximè ætatem,
utpote rerum Magistram, incolæ ejus vereren-
tur. De Eſenis ſic ait Philo: Reverentia erga Se-
niores

niores & cura talis est, qualis esse potest germanorum liberorum erga Parentes. E quidem dif-
fiteri non possumus, fuisse non mirius, qui aetate graves, non dicam tantum, despiciunt haberent;
sed & ipsa, quam nihil, mortalibus, dulcius dari po-
test, vitam privarent. Sardoës, Carthaginensi-
um coloni, senes, septuagesimum prætergres-
sos annum, Saturno sacrificabant, ridentes inter-
rim, ac mutuo se complexantes: unde risus
etiam hisce assimulatus, Sardonius appellari coe-
perit. Heruli, Italæ olim populi, senescentes &
morbo affectos, interficiebant, & comburebant.
Apud Trogloditas invalidi ob senium, armenta,
sequi cogebantur, guttureq; bovis caudæ ad-
stricto, vitam finire. Massageti Seniores à co-
gnatis immolati, beatissimi habebantur. Apud
Indos communiter, nisi prudentes essent, senes
non honorabantur: Pedici inspecie, occisis vesce-
bantur, quos & Padei imitabantur. Caspii se-
ptuagenarios fame perdebant. Bactriani, effera-
tissimi mortalium, canibus eos objectabant, diu
ad id operis destinatis, quos & proprio gentis vo-
cabulo, ideo sepulchrales nominabant. Ex Hyper-
boreis nonnulli, senio confecti, ipsi sele, post epu-
las & familiare convivium, sertis rediititi, ex ab-
ruptâ rupe, in mare præcipitabant. Cei, tan-
quam ad Convivium se mutuo invitarent, aut

ad

ad solennius quoddam sacrificium convenienter,
coronati, cicutā bibebat, illius fortè legis suæ me-
mores: ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, & ζῆν κακῶς, qui non
potest vivere bene, nec vivat male. Ita *Debri-
ces Persæ*, septuagenario grandiores jugulabant,
advocato ad epulas proximio quôque, miseri-
mos arbitrati, qui morbo interciperentur. Ve-
rūm enim vero, quis non detestetur beluinam-
istam, & rigentem prorsus, hominum barbarissi-
morum, inhumanitatem? Non equidem nos la-
ret, sexagenarios aliquando, a Romanis quoque,
in Tiberim conjectos esse, unde deponant eti-
am nonnullis dicuntur, quod de ponte dejice-
rentur. Ast, si vera sunt, quæ perhibentur; pfa-
ctum id est, postquam à Gallis Civitas liberata,
maximâ annona caritate premeretur. Unde
non minus verè additur, cùm è sexagenariorum
numerò quidā, filii pietate occultatus, sub perso-
nâ filii, Patriæ, consilio, nō parùm profuisset, atq;
ea res Senatui innotuisset, sexagenariis, inpo-
sterum, vitam non tantum concessam, sed & la-
tebras eas, quibus celatus fuerat Senex,
sanctitate dignas fuisse. Saluberrimo pror-
sus consilio: utut enim deficiat in senibus cor-
poris robur; est tamen in iisdem, præter excel-
lentiam ætatis, excellentia quoque experientiæ
& prudentiæ, ex ætate longiore contracta, ut
non

non raro extraordinarii quid ; imo , dixerimus
penè Divini , præ se ferre videatur ista ætas .
Germanis id ipsum præcipue notari , indi-
cio est , quod senioris , obviam nobis facti ,
personam , honoratissimò illo *Patris* titulo com-
muniter salutemus , atq; Junioribus etiam ple-
rumq; in functionibus præprimis publicis , præfe-
ramus . Expert⁹ hoc est prolixissimè in hâc Civita-
te sibi patriâ , DN. MICHAEL Siebrand / qui , raro
cœli munere , septuagesimū nonū ætatis annum
est assecutus , summis , inter civicos , honoribus
ornatus . Postquam enim Juventutem ille suam
transegisset , tanquam opimam⁹ ex eadem , am-
plissimorum fructuum , in senectute , messem ha-
biturus ; non potuit non ad honoratoria Civitatis
munia produci , atq; in Centumvirum primū ,
posthæc in Sedecimvirum , imo in Præfectum ,
tandem eligi Ædis Marianæ . Circa quæ honorum
& officiorū onera , illud maximè notandum venit ,
quod nullā iis ratione , prius abdicare se volue-
rit , quād administrationis suæ rationes debitas ,
ad amissim , omnes exhibuisset , Inspectoribus
examinandas : fidem , & , in obeundis rebus ,
dexteritatē suā testaturus . Sed in origi-
nem , Viri hujus , ut altius paulò inquiramus :
natus ille est A. O. R. M. D. XCV . Patre Nobilissi-
mo , Amplissimo , & Consultissimo DN. WEIN-
HOLD O Siebrand / Jcto Celeberrimo , ac ll-

Iustissimi & Celsissimi DN. ULDARICI, felicissimæ memoriæ, Ducis Mecklenburgici, &c. &c. primū Consiliario, post verò Serenissimæ SOPHIAE, Danorum, Norvegarum & Vandalarum REGINÆ potentissimæ, &c. &c. &c. Cancellario: Matre autem MARGARETHA Geishmers / verâ illâ, Matronarum virtuosissimarum, MARGARITA. Avus paternus fuit Spectatissimus, atque Integerrimus HINRICUS Siebrand / Civis, & Negociator quondam, apud nos, primarius: Avia paterna, Lectissima, Honestissimaque Tissche Fresen. Avus maternus autem, Spectatissimus, & Prudentissimus DN. MICHAEL Geishmer / Senator, Civitatis hujus, quondam gravissimus: Avia tandem materna, Spectatissima Matronarum, MARGARETHA Makens. Postquam verò & ipsum, avitæ culpæ contagione corruptum, probè scirent, piissimi Parentes; primo omnium cælestem ei munificiem impetraturi, Ecclesiæ Sacris initiandum curârunt. Proxima dehinc, optimæ educationis succedebat cura. Esi enim, Patre dulcissimo, in primâ ætatis suæ, teneritudine orbaretur NOSTER, atque Mater ejus lectissima, post exactum, in luctu, triennium, cum Viro Nobilissimo, Amplissimo, & Consultissimo, DN. CHRISTOPHORO von Hagen / JCto Celeberrimo, Fratrumque, Ducum Megapolensium, Glorio-

sisimæ recordationis, DNI. CAROLI, & DNI.
ADOLPHI FRIDERICI, per XXIV annos
Consiliario intimo, post vero Judicij nostri Pro-
vincialis Assessore Primario, ad secunda vota
progrederetur; nihil tamen obstatere illa saluti
commodisve defuncti, cum Vitricus Claris-
simus, ingenium ejus, & domi solertissimè cole-
ret, & politius limandum, Scholæ publicæ com-
mitteret: longè ab illorum iniquitate, alienus, qui
non tam uxorem bonam, quam ejusdem, pari-
ter & privignorum bona, infelici sidere qua-
runt. Anno M. DC. XIII. in matrimonium, di-
spONENTE sic Altissimo, sibi sociavit Honestissi-
mam, Lectissimamque VENDULAM, Specta-
tissimi & Prudentissimi DN. HERMANNI
Netzenblathg/ Senatoris quondam, hujus Civitatis,
filiam, & DN. JOACHIMI Wedigen / itidem
Senatoris, tunctemporis, Prudentissimi, reliquam
Viduam; cum quâ annos XVIII. tranquillissimè
exigens, quinque puerorum scitissimorum Pa-
rens factus est, WEINHOLDI scilicet, MI-
CHAELIS, HENRICI, JACOBI, MI-
CHELIS Ildi: etsi omnes isti patriam, infantes,
repererent, unde venerant. Anno M. DC. XXXI.
Charissimâ hâc Conjuge suâ orbatus, Viduus per-
mansit: donec re familiari sic exigente, Anno M.
DC. XXXII. die XIX. Junii in virtæ, laborumque
sociâ, sibi denuò eligeret, Speciosissimâ, Lectissi-

mānique Virginem ELISABETHAM, JO-
ANNIS ARNOLDI, Civis, & Cerevisiarii
honestissimi filiam, modò Viduam mōestis-
simam, cum quā ad XXXVII. usque annum ita
vixit, ut nunquam, quoad scimus, cum eādem
in gratiam rediret. Durante hoc tempore, duæ ipsu
filiæ natæ sunt, MARGARETHA, quæ primo
tamen ætatis anno quoque; deñata, & MARGARETHA
ELISABETH, quæ anno M. DC.LIV. die XXIV. Januarii
Plur. Reverendo atque; Excellentissimo DN. HEINRICO
MULLERO, S.S. Theol. D.P.P.ac Pastor, Ædis Marianæ,
celeberrimo juncta, sex, parentem optimum, nepotib-
us, PETRO, CATHARIN-ELISABETHA, JOHANN-
MICHAELE, CASPARO MATTHÆO, & CHRISTIA-
NO BERNHARDO, omnibus adhuc, exceptis duobus
prioribus, vivis, exhilaravit. De cœtero annus est, quod,
ob languorem quendam sehilem, cœtui interesie sacro,
imò vel in publicum prodire, prohiberetur, atque; privatâ
Bibliorum lectione, & frequentiori usu Cœnæ Domini-
cæ, plur. Rever. atque; Clarissimi DN. JOACHIMI LIN-
DEMANNI, Archi-Diatoni, Ædis Marianæ, vigilantissi-
mi manu ministratæ, deficientem indies animam, refo-
cillare cogeretur; donec tandem die XV. Januarii cùm
alio, tūm hæc præprimis Pauli fatus: Ich habe lust abzus-
scheiden/ und bey Christo zu seyn/ ex hæc miseriarum val-
le placidissimè eriperetur. Ejus itaque; exuvias uti frequen-
tissimi, CIVES ACADEMICI, hodie ad dormitorium suum
deducamus, & piè defuncti pietas meretur, & Generi
iphius, Collegæ & Amici nostri preciosissimi, in nos af-
fectus requirit.

Conventus fiet in Æde Marianâ borâ lma.

P.P. sub Sigillo Rectoris die XXVII. Jan. An. M.DC.LXIX.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774760141/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760141/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774760141/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760141/phys_0016)

DFG

non raro extraordinarii quid, imo
penè Divini, præ se ferre videatur
Germanis id ipsum præcipue ne-
cio est, quod senioris, obviam
personam, honoratissimò illo *Patri*
muniter salutemus, atq; Junioribu-
rumq; in functionibus præprimis pu-
ramus. Expert⁹ hoc est prolixissimè i-
te sibi patriā, DN. MICHAEL. *Celebr*
cœli munere, septuagesimū nonū æ
est assecutus, summis, inter civicos
ornatus. Postquam enim Juventut
transegisset, tanquam opimam, ex-
plissimorum fructuum, in senectute
biturus; non potuit non ad honorati-
muniā produci, atq; in Centumvir
posthac in Sedecimviro, imo in
tandem eligi. *Ædis Marianæ*. Circa quā
& officiorū onera, illud maximè nota
quod nullā iis ratione, prius abdic-
rit, quād administrationis suā rati-
ad amissim, omnes exhibuisset, I
examinandas: fidem, &, in obe-
dexteritatem suam testaturus.
nem, Viri hujus, ut altius paulo
natus ille est A. O. R. M. D. XCV. Pa-
mo, Amplissimo, & Consultissimo
HOLDO Siebrand / JCto Celeb



the scale towards document